



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvatii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

Praxis meditationis in lectionem diei Dominicæ. Cap. 8.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

HORTVS ORAT.
infirmam huius doctrinae suauitatem gustabit.

Praxis lectionis diei Dominicae.

CAPVT VIII.

DISSERAM nunc qua ratione ac methodo sanctas has lectiones amplificare ac in pacem redigere debeatis, quo animae vestrae deuotionis adipe impingueris, iuxta illud Prophetae dictum: *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.* Quod uel clarius atque dilucidius fiat, explicandum est quid sit meditatio, ut illius natura perspecta, facilius in ea vos exercere valeatis.

Psal. 62.

Quid sit meditatio.

MEDITATIO nihil aliud est, quam diligens, subtilis & minuta rei propositae peruestigatio: Exempli causa.

Meditatio diei Dominicae.

Primae lectionis meditatio haec est. Considerare modum quo Christus Dominus in lauandis pedibus discipulorum usus est: Quomodo uidelicet à mensa surrexit: tunnicam deposuerit: linteo se tanquam abiectus minister praecinxerit: peluim sumpserit; aquam solus sine alterius

terius ope infuderit: genibus in
 terram procubuerit: Iudæ pedes
 primùm lauerit, illisque ablutis eos
 exterferit, atque osculatus fuerit.

O anima mea, in contemplatione
 tam insignis operis aliquantisper
 immorare: & eximiam Dei, Crea-
 toris & Redemptoris tui humili-
 tatem attentè respice: Attende quã-
 ta fit hic secretorum profunditas,
 quandoquidem Deus vsque ad se
 dimittit, vt pedes Iudæ proditoris
 sui abluere non dedignetur. PEN-
 SA quanto te amore complectatur
 Deus, qui tibi tam insigne humilita-
 tis exemplum præfert.

CONSIDERA ergò quid tibi
 nunc factò opus sit: quamq; neces-
 saria tibi sit profunda humilitas, si
 Deus summæ maiestatis vsque adeò
 se humiliavit. Animaduerte quis
 stupor, qualisque admiratio disci-
 pulorum animos occupauerit, quã-
 do magistrum & Deum suum ante
 pedes suos procumbentem con-
 spexerunt.

Incredibilem sanè stuporem at-
 que

que admirationem credibile est
 corda discipulorum impleuisset:
 speciatim Petri: qui vehementer in-
 doluit ac ægerrimè tulit, quando
 ludam sine vlla regulatione, pedes
 sibi lauari permittentē, cōspicatus
 est: vnde cū Iesus ad lauādos pe-
 des eius accessisset, totus attoni-
 tus & quasi extrā se positus ex tam
 profunda Domini sui humilitate,
 pati non poterat, IESVM adeo se
 demittere, vt pedibus eius accide-
 ret, atque infimorum famulorum
 ministerium sibi exhiberet: Fuerat
 quidem ante cū eum aquam in
 peluim infundentem, ac linteo se
 præcingentem cerneret, ingenti
 admiratione tentus, dum quid sibi
 his ritibus vellet secum stupens co-
 gitaret: at posteaquam IESVM
 cum pelui ad pedes suos lauandos
 accedere vidit, nulla lingua expri-
 mere sufficit; quanto tum stupere
 pariter ac metu circumfusis sit.
 Quare illachrymans clamare coe-
 pit. Domine tu mihi lauas pedes?

Ioan. 13.

Hæ & aliæ similes consideratio-
nes

nes de humilitate Domini IESV
Christi, sunt meditatio primæ le-
ctionis.

Praxis lectionis diei Luna.

CAPVT IX.

TRANSEUNDO nunc ad se- *Meditatio*
cundam lectionem, de Christi *diei Lune.*
oratione & agonia in horto: medi-
tatio super eam hæc est.

Totius rei gestæ historiam à S.
Luca Euangelista accuratissimè de-
scriptam, diligenter considerare: ac
singula illius verba voluere, ac sæpè
ruminando reuocare. verba S. Lucæ
sunt hæc.

*Et egressus ibat secundum consuetudi-
nem in montem oliuarum.* CONSIDERE
RA hinc anima mea, primùm: Quam
fuerit frequens & assiduus Domi-
nus tuus in oratione: quâdoquidem
iuxta morem suum, diurno tempo-
re populos cælestis doctrinæ præ-
ceptis erudiebat, ac sermonibus ad
eos habendis operam dabat: no-
cturno verò precibus diligentissi-
mis incumbere. Hinc animaduerte